



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

22

КЕЦЛОБ
ДА
ЯОТ
ГИБС
И
МИ



RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS



Revis de re brevi, sed non levis est cantilena Regii Prophetæ Davidis, dicentis; Dies hominum sicut umbra prætereunt. Quemadmodum enim umbra referre videtur expressam corporis imaginem; sed re ipsa vel nihil est, vel aliquid nihilo proximum: ita quam nos vitam putamus, simulacrum vite est, umbra est, nihil est. Manifestissimum autem hoc esse, ipsa rerum evidentia satis superque probat. Videmus enim quotidie oculis, quomodo ad orientem solem arbores patulis diffuse ramis, non terram solum subjectam opacent, sed disita etiam loca obscurent; mox horrida illa imago ita evanescat, ut ne minimum quidem vestigium illius deprehendi possit. Nec verò minus crebrò se nobis ostendant homines, de quibus vel corporis egregie formati splendor, vel ineuntis ætatis vigor spem annorum non paucorum excitat; qua tamen opinione citius evanescit. Utinam verò in ætate tantum sit brevitatis, non etiam in vita prævitæ? Jam omnes nos ad justitiæ solem excitati, sedemus in tenebris & umbra mortis, semperque totus in eo est serpens ille antiquus & princeps tenebrarum, ut quemadmodum olim Ammonitarum Rex NAHAS, Israelitis dextrum oculum eruere cogitavit; sic nobis ille fidei aciem obtundat, ne penetrare ad mediatorem, & aspicere salutis auroram possit. Quod ergò præstare nequit lumen naturæ, inchoare debebat lumen gratiæ, perficere lumen gloriæ; sed nescio quomodo nos terrenis umbris circumfusi, ea qua noctis sunt & tenebrarum, operari consuevimus, nec aperire oculos, aut intueri celestem illam lucem possumus, quandoquidem, ut quondam inter Ægyptos & Hebræos nubes; ita inter nos & DEVM corporis hæc moles interjacet. Crebrò igitur misericors pater tollendo alios pulsat ostium, si fortè excitare nos à securitatis somno possit, antequam mors vitam & vitæ somnia dirumpat. Documento erit Vir Ornatissimus, Dn. JOHANNES VVILHELMUS RUDOLPHUS Vnariensis, LL. Candidatus, qui in hujus vitæ umbras intromissus est, anno Christi supra millesimum, quingentesimum, octogesimo secundo, die M. Decembris undecimo, natus ex parentibus honestissimis, patre Viro spectatissimo, Dn. JOHANNES FRIDERICO Rudolph/ quondam Præfecturæ Altstedensis Directore; Matre verò femina ornatissima, REGINA, Viri prudentissimi Dn. LAVRENTII Franckensteins/ Consulis olim Pegaviensis filiâ. Ab hisce parentibus suis educatus est piè denatus, ab ineunte ætate, in studiis pietatis & literarum, & Scholæ traditus, ad annum usque ætatis suæ decimum octavum, laudabiles fecit progressiones, non tantum in doctrina Christiana, sed iis etiam in studiis, quibus ad humanitatem tenera juvenitatis informari solet, accedente præsertim industriâ Præceptorum privatorum, qua in primis artium & literarum elementis perdiscendis eum ita juverat, ut post illud tempus in Academiâ Jenensem, cum magno studiorum suorum fructu, excurrere potuerit. Factum verò id, anno salutis Christianæ supra millesimum, sexcentesimo, ubi missus à parentibus JENAM, commendatus fuit inspectioni Viri Clarissimi, Dn. JACOBI SCHRÖTERI J. U. D. qui illum ad se libenter recepit, & deinceps viam ad studium Juris amplissimum, cui deditus erat, maxime diligentissime monstravit. In hoc autem studiorum suorum cursu ita progressus est piè defunctus, ut non solum Præceptorum & Parentum suorum favorem & amorem meruerit, sed etiam laudem sibi apud æquales & singularis cujusdam eruditionis opinionem pepererit. Quare jam instructus à cognitione præclara utriusque Juris, ad Virum Amplissimum, Dn. ELIAM Rudolph/ Episcopatus Wurtzensis tum temporis Cancellarium, patrium suum venit, ut non solum occasionem haberet bonam exercendi se in praxi, sed etiam ipse ex diligenti revisione actorum, que quotidie in Cancellaria occurrunt, judicium suum, ad elegantem & fundamentalem Juris praxin, informaret. Cæterum anno supra millesimum, sexcentesimo, septimo, LIPSIAM concessit, & convictu usus Viri prudentissimi, Dn. VITI SIBERI, quondam Reipublicæ Lipsiensis Senatoris & Aedilis, & c. studia Academica denuò tractare, & subinde theoriam cum praxi conjungere voluit. Dum verò annos aliquot hic versatur, conjugium iniit cum Viri eximii & prudentissimi, Dn. M. TOBIÆ KÖSTELS/ suprema Curie provincialis Lipsiensis quondam Protonotarii, & Reipublicæ hujus loci Senatoris & Aedilis, filiâ relicta, MARIA ELISABETHA, qua cum in matrimonio vixit honesto & fecundo, factus pater liberorum septem, de quibus tres adhuc masculi & totidem femellæ, Dei beneficio singulari, sunt superstites. Sed his merito condolemus; quòd parentem suum amiserunt, qui unà cum Matre superstitibus illis de educatione pia & liberali prospicere potuisset. Verum enim verò quòd à Patre mortuo fieri non potest, illud cumulate præstet pro benedictione sua divina pater celestis, qui omnium orphanorum Pater est, & ditet eos corpore & anima, ut crescant in pietate & virtutibus, ad hujus & futura vite felicitatem. De cætero significatum Nobis est, anno superiori, circa ipsum Solstitium autumnale, piè denatum correptum fuisse febre ardente; à qua etsi postea liberatus, & quodammodo restitutus ille sanitati: tamen reliquæ morbi istius pertinacis subinde in corpore aliàs imbecilli novæ progenuerunt symptomata; quibus anno hoc ipso, mensibus abhinc quatuor, accessit casus inopinatus; ob quem in tantos conjectus fuit mærores, ut non solum humor melancholicus vires paulatim acquisiverit, sed tandem etiam denuò, die videlicet M. superioris Augusti decimo octavo, supervenerit febris continua; cujus malignitati, quam ferè nunc conjunctam habet ex Medicorum consensu morbus iste epidemicus, nullis medicamentis occurrere potuit. Quare inditiis concurrentibus aliis, & finem vite ræ maxime accelerantibus, celestem ille precibus suis assiduis supplicavit medicum, & accepto salutaris viatico corporis & sanguinis ejus, ad beatum se paravit exitum; quem impetravit, peritus jam vite & laborum multiplicium, quibus subjectus est omnis homo, die hujus M. nono, post octavam matutinam, & morte consopitus placidissima, anno ætatis suæ quadragesimo tertio nondum completo. Atque hæc est meta conditionis humanæ, ad quam omnes properamus. Utinam verò bene & beate? In hoc enim summa salutis nostræ consistit. Quod ut juniores diligenter secum cogitent, neque ita in diem vivant, sed subinde quoque sibi suæ mortalitatis conditionem in memoriam revocent, ipsa mutatio temporum horum periculosa & salutis cujusque propriæ necessitas efflagitat. Fiet autem funus hodiè, post tertiam vespertinam. Quo tempore ut Nobis præsto sint Cives Academici, & in funus, ordine convenienti servato, progrediantur, volumus & mandamus. Erit hoc officium, quod præstatur piè denato, in his terris quidem ultimum; sed Ordine nostro maxime dignum; & lugentibus sine dubio gratum. PP. XII. M. Septemb. Anno Christi M. DC. XXV.

LIPSIÆ, Typis exscribat GEORGIUS LIGER.

RECTOR ACACEMIAE LIPSIENSIS



Revis de re brevi, sed non levis est cantilena Regii Prophetae Davidis, dicentis; Dies hominum sicut umbra praetereunt. Quemadmodum enim umbra referre videtur expressam corporis imaginem; sed re ipsa vel nihil est, vel aliquid nihilo proximium: ita quam nos vitam putamus, simulacrum vite est, umbra est, nihil est. Manifestissimum autem hoc esse, ipsa rerum evidentia satis superque probat. Videmus enim quotidie oculis, quomodo ad orientem solem arbores patulis diffuse ramis, non terram solum subjectam opacent, sed disjuncta etiam loca obscurant; mox horrida illa imago ita evanescat, ut ne minimum quidem vestigium illius deprehendi possit. Nec vero minus crebro se nobis ostentant homines, de quibus vel corporis egregie formati splendor, vel ineuntis etatis vigor spem annorum non paucorum excitat; quae tamen opinione citius evanescit. Utinam vero in etate

tantum sit brevis, semperque totus in eo dextrum oculum erigat. Quod ergo prestare debet circumfusis, ea quandoquidem, ut quae misericors pater tollit rumpat. Documetum LL. Candidatus, quod M. Decembris undecimae



quondam Praefecturae Alstedensis Directore; Matre vero femina ornatissima, REGINA, Viri prudentissimi Dn. LAVRENTII FRANCKENSTEINI / Consulis olim Pegaviensis filia. Ab hisce parentibus suis educatus est pie denatus, ab ineunte etate, in studiis pietatis et litterarum, et Scholae traditus, ad annum usque, etatis suae decimum octavum, laudabiles fecit progressionem, non tantum in doctrina Christiana, sed etiam in studiis, quibus ad humanitatem tenera juvenitatis informari solet, accedente praesertim industria Praceptorum privatorum, quae in primis artem litterarum elementis perdiscendis eum ita juverat, ut post illud tempus in Academia Jenensium, cum magno studiorum suorum fructu, excurrere potuerit. Factum vero id, anno salutis Christianae supra millesimum, sexcentesimo, ubi missus a parentibus JENAM, commendatus fuit inspectioni Viri Clarissimi, Dn. JACOBI SCHRÖTERI J. U. D. qui illum ad se libenter recepit, et deinceps viam ad studium juris amplissimum, cui deditus erat, diligentissime monstravit. In hoc autem studiorum suorum cursu ita progressus est pie defunctus, ut non solum Praceptorum et Parentum suorum favorem et amorem meruerit, sed etiam laudem sibi apud aequales et singulares cujusdam eruditionis opinionem pepererit. Quare jam instructus a cognitione praeclara utriusque juris, ad Virum Amplissimum, Dn. ELIAM RUDOLPH / Episcopatum wurzensem tum temporis Cancellarium, patrium suum venit, ut non solum occasionem haberet bonam exercendi se in praxi, sed etiam ipse ex diligenti revisione actorum, quae quotidie in Cancellaria occurrunt, iudicium suum, ad elegantem et fundamentalem juris praxin, informaret. Caeterum anno supra millesimum, sexcentesimo, septimo, LIPSIAM concessit, et convictus Viri prudentissimi, Dn. VITI SIBERI, quondam Reipublicae Lipsiensis Senatoris et Aedilis, et c. studia Academica denuo tractare, et subinde theoriam cum praxi conjun-